



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

138. An donatarius peccet, & teneatur ad restitutionem, quando scit donationem fieri cum damno creditorum, etiam si ab ipsis intra annum non repetetur? Et quid est dicendum, quando donatarius sciens, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

illa sola mutatione intelligi, quæ consideratis circumstantiis rerum, & personarum, iudicatur rationabilis causa ad excusandum. Hinc, qui excellenti personæ, Regi, aut Pontifici aliquid promittit, non est acquum, ut ex quacunque mutatione retrocedat donatio. Ita de voto, quod fit Deo, qui est excellentior omni creatura, uti rem hanc exprimit Rebellus *p. 2. lib. 18. q. 11. n. 4. & 5.*

4. Sed si quis obiter hinc querat, an si duo mutuo sibi promittant, unusquisque independenter à promissione alterius, fas sit à promissione resilire, ea tantum ratione, quod alter suam promissionem non adimplevit? Negat Nauarr. *n. summ. c. 18. n. 7.* Affirmat probabilis Molina, hac ratione ductus; quia, qui suam promissionem non adimplet, indignum se reddit, cui ab altero promissio seruetur. A fortiori non tenetur promissionem seruare, qui promissionem fecit intuitu recompensationis promissionis ab altero sibi factæ, suam promissionem altero non adimplente.

RESOL. CXXXVIII.

An donatarius peccet, & teneatur ad restitutionem quando scit donationem fieri cum damno creditorum etiamsi ab ipsis intra annum non reparatur?

Et quid est dicendum, quando donatarius sciens & prudens incitaret debitorem ad alienandum in fraudem creditorum? Ex *p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Rel. 39.*

Sup hoc sup. in tr. ex la. ra doctrina Ref. 209. si gnanter in §. Vnde. à medio vers. Et tandem. & lege ibi à §. verum ex di. cis.

S. 1. **A**ffirmatiue respondet Layman *in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 4. c. 17. §. 4. n. 30.* qui citat Paludanum, D. Antoninum, Caietanum, Nauarr. & Cordubam; quia ad talem donationem factam in fraudem creditorum, donatarius cooperatur consentiendo, & illum acceptando; unde licet suadèdo non impellat, & propterea non sit causa efficiens quo ad principium, seu propositum huiusmodi donationis, est tamen eius causa efficiens, quoad executionem: hæc opinio est probabilis.

2. Sed contrariam non minus probabilem & tutam in praxi esse existimo cum ipso Layman *ubi supra*; & idèd hanc sententiam absolute docent Lessius *lib. 2. c. 20. dnb. 19. n. 168.* Nauarra *lib. 3. c. 4. n. 218.* Molina *1. 2. disp. 318. n. 14.* Et ratio est, quia alienatio illa fuit in se valida, accipiensque comparauit dominium rei ita acceptæ. Cum ergo ius postituum solum intra annum à die scientiæ concedat reuocandam actionem creditoribus aduersus accipientem, sequitur, ut si vel creditores rem non petant, vel illam petant elapso iam anno, accipientes reddere illam non teneant. Ad rationem verò Layman respondet, quod donatarius in tali casu vitur iure suo intra iustitiæ limites, accipiendo atque suam efficiendo rem in se liberam, hoc est, nulli alteri obligatam, vtèdo peccato dantis in suum proprium commodum; non secus atque qui licet accipit sub viuis, vitur peccato dantis in suum proprium commodum; neque etiam accipiens titulo lucrativo in fraudem creditorum, contra charitatem aduersus illos peccaret, quia charitatis ordo non postulat, ut donatarius postponat suum commodum, ut creditores ab equali damno seruet indemnes. Dicendum igitur, quod opinio contraria tunc procedit, quado donatarius sciens, & prudens incitaret debitorem ad alienandum in fraudem creditorum; nam tunc causa esset peccati iniustitiæ illius in creditores, & idèd ad restitutionem teneatur, secus autem in casu nostro, ergo, &c.

RESOL. CXXXIX.

An donatio facta pro patrimonio ad suscipiendos Ordines sit in foro conscientia retro donanda donatori?

Et an talis Clericus sic ordinatus nullam incurvat suspensionem, nec teneatur retrocedere donationem?

Et an donatio facta Clerico inopi, et ad Subdiaconatum promoueri possit, si ipse statim post susceptos Ordines moriatur, debeant ad donatorem bona donata reuerti, vel transmittantur ad hæredes donataris? Ex *p. 8. tr. 6. Ref. 35.*

S. 1. **A**ffirmatiua sententia videtur tenenda, quia illi, qui patrimonio cum tali fitione donant, non verè donant, neque illicum bonorum dominium in dictum Clericum transfuit: ergo cum donatarius talis patrimoniij dominium verè, & realiter non acquirat, tenetur in foro poli illud vero domino restituere. Et idèd hanc sententiam tenet Auila *de cons. part. 3. disp. 5. dub. 1. concl. 3. vbi sic ait:* Si patrimonio erat fictum, retro donatio valet in foro conscientia. Hæc est expressè contra P. Henr. *n. 2. cit.* Sed eam tenent aliqui Magistri, probatur *primò:* nam Concilium solum loquitur quando patrimonio erat verum, ut patet ex contextu. *Secundò:* nam quod fictè donans huiusmodi patrimonio priuatur illo, est pœna, ut statim dicens, ergo non est priuandus ante sententiam, iuxta dicta in materia de legibus, tractando de lege pœnali, imò credo quod ordinatus tenetur in conscientia retrodonare patrimonio; sic aliqui viri docti. Et probatur: nam hoc patrimonio tenetur non est suum, sed donatoris, & non potest auctoritate propria punire ipsum donatorem; hoc intelligo, nisi velit agere coram iudice. Dixi, *in foro conscientia:* nam in foro exteriori rescindetur retro donatio in penam donatoris, qui voluit decipere Ecclesiam, & Episcopum. Ita Auila; cui adde Lopez *de contr. lib. 2. c. 43.* Sanchez *de marr. lib. 6. disp. 32. n. 8.*

2. Et non desinat hic apponere verba Antonij Corduba *in sum. q. 12. sic asserentis:* [Respondo, quod non es la misna razon de lo vno y de lo otro. Porque en el caso de la donacion que se haze al Clerigo, para que se ordene, &c. pues son bienes puros seculares, y la donacion expresamente condicional, aunque fraudulenta, hecha de palabra, no es reprouada por derecho, y el donante la pudo y quiso dar assi condicional y no absolutamente, y el Clerigo assi la recibio, aunque esta condicion no se puso en la escritura para *in foro exteriori* apparece que *in foro conscientia* no vale mas la donacion que fue la intencion del donante, ni vale contra su intencion y assi *in foro conscientia* el Clerigo es obligado a annullarla, como lo prometio, aunque el donante por auer hecho la donacion fraudulenta, en fraude, y perjuizio de la Yglesia, merezca, que el sea defraudado de su intencion, y *in foro exteriori* no forgaran al Clerigo que la deshaga, o anule la tal donacion.] Sic ille.

3. Sed ego non discedo à sententia negatiua, quam docui cum P. de Ledesma *in 3. p. tr. 4. ref. 184.* cui nunc adde Garciam *de benef. 1. p. 2. c. 5. n. 161.* vbi ita ait: *non dico secundo, quod ordinatus cum patrimonio sibi donato cum pacto, seu conditione de illo reddendo, & restituendo post ordinationem, non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurreret vllam pœnam, seu suspensionem, etiam stante dicta constitutione Sixti V. nam iste reuera est ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto; ista enim est vera donatio, ex qua transfertur dominium in donatarium, licet cum illo pacto, seu modo, ad titulum de donatione, que sub modo & longè diuersa (quamuis DD. videantur confundere) ab illa, quæ fit cum pacto de non vtendo illa, seu de non petendo donatum, quæ est verbalis tantum, ut dixi.*

4. Nec obstat dictum pactum, seu conditio de reddendo, & restituendo post ordinationem, quod obligat, saltem in foro conscientia, quia verius est nullo modo obligare, quia est contra dispositionem Concilij *d. c. 2.* quod prohibet alienari, aut remitti patrimonio, ad cuius titulum quis est ordinatus sine licentia Episcopi, & sic dictum pactum, & conditio non valet, ad *1. p. tr. que contra c. de pass. & c. Diaconi, 28. dist. 1. & c. Secundo, 10. q. 1. & facit regula c. cum M. Ferrarienti, de cons. Hæc Garc. Et ita hanc sententiam tenet etiam Valer. *in differ. vtriusque fori. v. Donatio, diff. 5. Vgol. de offic. Episc. c. 26. §. 13. n. 6.* Tolet. *lib. 1. c. 49. n. 5.* Bonac. *de sacr. disp. 8. q. 2. nic. punct. 5. n. 20. & 21.* Itaque licet prima opinio sit probabilis probabiliter etià dici potest, talè Clericum,*